Sententia pro Canonicis
Regularibus S.ti Augustini.

UVA. BHSC. SC 09778_4

UVA. BHSC. SC 09778_4

UVA. BHSC. SC 09778_4

UVA. BHSC. SC 09778_4

# TRANSVMPTVM, SENTENTIAE LATAE, PER S. D. N. PP. PIVM IIII.

## AD FAVOREM R. D. CANONICORVM Regularium Ordinis Sancti Auguſtini, Congregationis Lateranenſis.

IN NOMINE DOMINI AMEN. PER HOC *præſens publicum tranſumptum, ſeu tranſumpti inſtrumentum cunctis euidenter pateat, & ſit notum, Nos Leo de Leonoris Canon. Eccl. Cathed. Bonon. Curiæq; Epiſcopalis eiuſdem in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius Generalis. Habuimus, uidimus, legimus & diligenter inſpeximus quoddam inſtrumentum, actorum, & ſententiæ latæ per S. D. N. Pium Papam quartum ad relationem Reuerendiſs. & Illuſtriſs. D. D. Ioannis Michaelis Saraceni tit. S. Anaſtaſiæ; Ioannis Baptiſtæ Cicadæ tit. S. Clementis, ac Bernardini Scoti tit. S. Mathei S. R. E. Cardinalium, ſub dat. Romæ anno milleſimo quingenteſimo Sexageſimo tertio; Indictione ſexta die uigeſimo tertio menſis Septembris per D. Petrognianum Petrognianum Amerinum archiuij Romanæ Curiæ ſcriptorem rogatum, non uitiatum, non cancellatum, non abraſum, nec in aliqua eius parte ſuſpecta, ſed omni ſuſpitione caren. & in membranis ſcriptum per D. Io. Franciſcum Buccã Archiuij eiuſdẽ Rom. Curiæ ſcriptorem ſubſcriptum, ſigilloq; eiuſdem Archiuij ad cordulam ſerici rubei coloris more ſolito pendent. munitum nobis per D. Angelum de Picinardis ſindicum, & procuratorem R. DD. Canonicorum regularium Ordinis S. Auguſtini congregationis Lateranen. nobis perſonaliter conſtitutum, exhibitum & præſentatum. Cuius quidem inſtrumenti actorum & ſententiæ tenor talis eſt, qui ſequitur.* IN NOMINE DOMINI AMEN. *Per hoc præſens publicum inſtrumentum, actorum & ſententiæ; Cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quòd anno à natiuitate Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo ſecundo, Indictione quinta, Die uerò duodecima menſis Ianuarij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri D.* PII *diuina prouidentia Papæ IIII. Anno tertio, Curſores præſentarumt Illuſtriſs. & Reuereudiſs. D. Io. Michaeli S. Anaſtaſiæ Saraceno. Io. Baptiſtæ S. Clementis Cicadæ, & Bernardino Scoto Tranen. S. R. E. Præsbyt. Cardinalib. unam commiſſionem, ſeu Mo-*



UVA. BHSC. SC 09778_4

*tum proprium manu p̃libati S. D. N. Papæ, ut apparebat ſignatũ, & ꝓ parte
& ad inſtantiam R. D. Canonicorum Regulariũ Ordinis S. Auguſt. Congrega-
tionis Lateranen. huiuſmodi ſub tenore PIVS Papa IIII. motu ꝓprio &c. Regimi
ni uniuerſalis Eccleſiæ diuina diſpoſitione p̃ſidentes ad ea libenter intendimus ꝑ
quæ inter Xp̃i fideles quoſlibet, præſertim ſub uno, et eodẽ ſacerdotij uexillo no-
biſcum Deo militantes, pax et caritas inducãtur, et ĩductæ confoueantur, ac quæ
hijs contraria ſunt falce uigilantiæ paſtoralis ad radicẽ poſita ſubmoueãtur, prout
rerũ, & temporum cicunſtantiæ id non ĩmerito expoſcere dignoſcũtur. Cũ itaq;
non ſine graui animi noſtri moleſtia accepimus retroactis temporibus nõnullæ al-
tercationes rixæ, lites, & differentiæ inter Dilectos filios Clericos Canonicos
regulares ordinis S. Auguſtini congregationis Lateranen. ex una, et Monachos
ordinis S. Benedicti congregationis Caſſinen. alias S. Iuſtinæ de Padua partibus
ex altera, Canonici v3 eorũ regulã ꝑ Centũ annos ante regulã S. Benedicti inſti-
tutã fuiſſe, et ſic tanꝗ Clericos eoſdem monachos, ubiq; locorũ p̃cedere debuiſſe, et
debere, ac illos in proceſſionibus, et alijs actibus publicis, & ſolenibus in hac al-
ma urbe, noſtroq; ac p̃deceſſorũ noſtrorum conſpectu hactenus p̃ceſſiſſe, & p̃ce-
dere oĩbus notum eſt, Monachi uero p̃dicti contrariũ aſſerentes de et ſuper præ-
cedentia huiuſmodi, ac ordine præcedendi, tam in proceſſionibus, & actibus pu-
blicis, ꝗ generalibus, & ſynodalibus concilijs exortæ fuiſſent & crederemus illas
iam diu ſopitas, & in totum terminatas eſſe; Nihilominus Principis tenebrarũ
aſtutia id efficiente, illæ adhuc ſopitæ, et extinctæ non ſint in eorundẽ Canonicorũ
& Monachorũ, qui pro illorum regulari profeſſione mutua Charitate ſe diligere,
ac alter alterius onera portare deberent, aĩarum periculũ & populi ſcandalum
non modicũ. Nos igitur attendentes quod S. Romana Eccleſia ab eius fundatio-
ne primæua in ordine ſacerdotali inſtituta, ꝑ uiros ꝓuidos, et ſacerdotes ſtudioſos
p̃ſertim religioſos adaucta, & longiſſimis temporibus fœliciter conſeruata extitit,
& animaduertentes illã hiſce temporibus creſcẽte hoĩum malitia talibus ꝑſonis,
qui eam ab hoſtiũ impetu tueantur, illamq; ab impijs eorũ conatibus, qui eam ob-
ruere nituntur, intrepidè defendant, ualdè indigere, & niſi ꝑ earum, & aliorũ
Xp̃i fidelium unionẽ his peſtiferis tẽporibus tantis auſibus obſiſtere, ac illos repri
mere minimè poſſe. Et propterea cupientes inter eos pacis & tranquillitatis
dulcedinẽ imponere, & ſuper his ea qua decet maturitate prouidere, oẽs et ſin-
gulas altercationes, lites, controuerſias & cauſas tam in Romana Curia, ꝗ extra
eam, etiã corã quibuſcunq; Iudicibus tam ordinarijs, ꝗ delegatis, & ubicunq; ac
in quibus uis inſtantijs motas, & pendentes, ac quã, & quas p̃fati Clerici Cano-
nici regul. habent & mouent, habereq; & mouere uolunt, & intendunt tã cõtra
dictos Monachos, ꝗ oẽs alios ſua, cõmuniter, uel diuiſim intereſſe putantes, tã de
& ſuper p̃cedentia prædicta & alijs p̃miſſis, ꝗrebus alijs in actis cauſæ, et cau-*

*ſarum*

ſarum huiuſmodi latius deducendis, & illorum occaſione, illarum oĩum ſtatũ, & merita noĩaq; & cognomina iudicum & collitigantiũ, ac aliorũ hic de neceſſitate exprimendorũ ueriores tenores p̃ſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes. Harum ſerie ad nos aduocamus, a c eiſdem iudicibus in uirtute ſanctæ obediẽtiæ, et ſub noſtræ indignationis pœna, ne de cætero ĩ illis ſe intromittere quoquomodo audeant, ſeu p̃ſumant, diſtrictius inhibemus; illaſq; & earũ ſingulas in eiſdẽ ſtatu & terminis in quibus cauſæ ipſæ iam motæ reperiuntur cum oĩbus, et ſingulis incidentibus, emergentibus, annexis & cõnexis, Dilectis filijs Ioãni Michaeli Saraceno titt. S. Anaſtaſiæ, Ioãni Baptiſtæ Cicadæ titt. S. Clementis, & Bernardino Scoto titt. S. Mathæi S. R. E. præsbyteris Cardinalibus ꝑ eos tã coniũctim q̃ diuiſim sũmariè ſimpliciter de plano & ſine ſtrepitu et figura iuditij, ſed ſola ueritate inſpecta, & abſq; aliqua tela iudiciaria, & terminorũ ſubſtãtialiũ etiam illorum quattuor in ſimilib. ſeruari ſolitorũ obſeruatione, nulla mora interpoſita, ac ante aperturã ſacri œcumenici concilij nuper in ciuitate Tridẽtina indicti, ſi fieri poteſt, audiendas, cognoſcendas, & prius ꝑ amicabilẽ cõpoſitionẽ, ſi fieri poterit, trãſigendas, ſin minus ex bono & æquo & manu regia decidendas, omni etiã appellatione remota, & ad finẽ debitũ ꝑducendas cõmittimus, & mãdamus, cũ poteſtate in dicta curia & extra eã tã dictos Monachos, & eorũ p̃ſidentẽ Abbates, & priores & procuratorẽ generalẽ, ac oẽs alios ſua cõmuniter uel diuiſim intereſſe putãtes tã in decreto, q̃ in executione citationis, præſentiũ uigore decernendæ, nominandos citandi, ac eiſdẽ, ac oĩbus alijs quibus & quotiens opus fuerit ſub pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis, ac ẽt pecuniarijs eorũ arbitrio ĩponendis, moderãdis, et applicãdis, ac ipſo facto ĩcurrendis, ĩhibendi, et in euentũ nõ paritionis pœnas, et cenſuras ipſas ĩcurriſſe, & ĩcidiſſe declarãdi, aggrauãdi, ac reaggaruãdi, ac ĩ ercidendi, nec non brachij ſecularis auxiliũ inuocãdi, ac oĩa alia et ſingula faciendi, exequendi, quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna præmiſſis, ac conſtitutionibus et ordinationibus apoſtolicis ſtylo palatij cæteriſq; in contrarium facientibus non obſtãtibus quibuſcunq;.

Quæ quidem cõmiſſio, ſeu Motus proprius duas in eius fine habebat ſignatũras quarum prima talis erat uidelicet. De mãdato D. N. Papæ audiant præfati Reuerendiſs. D. Cardinales, Citent, Inhibeãt, ẽt ſub cenſuris & pœnis procedant, ut petitur. Altera uero manu S. D. N. papæ talis erat uidelicet. Placet

I. Post cuius quidem cõmiſſionis, ſeu motus ꝓprij præſentationẽ eiſdẽ Illuſtr. & Reuer. D. Cardinalibus factam ad inſtantiã uenerabilis congregationis Lateranen. prædictæ: Citato Reuer. D. Placito Veneto ꝓcuratore generali congregationis S. Iuſtinæ, alias Caſſinen. ordinis S. benedicti exaduerſo prĩcipalis coram p̃fatis Illuſt. & Reuer. D. Cardinalib. ad dicendum contra Cõmiſſionẽ, ſeu motum proprium S. D. N. in actis ꝓductum & p̃ſentatũ, & uidendũ mandari

 procedi

procedi iuxtà formã illius. Cõparuit corã præfatis Illuſt. D. Cardinalibus D. Virgilius Maronius de Roccbettis ꝓcurator, et accuſata contumacia partis aduerſæ obtinuit mandari procedi ꝑ eoſdem Illuſt. D. Cardinales iuxta formã præ inſerti Motus proprij eiuſdemq; uigore ꝓfixo termino præfato Reuer. D. Placito procuratori congregationis Caſſinẽ.ad deducendum & probandum qcqd uult, & poteſt ꝑ omne genus probationis, productisq; pluribus et diuerſis iuribus & documentis hinc inde, pluribusque teſtibus demum examinatis tandem prælibatus S. D. N. aliã cõmiſſionis cedulã præſentari fecit huiuſmodi ſub tenore, uidelicet. PATER Beatiſſimè licet credatur ꝙ ex deductis, & probationibus iam apud acta factis, & allegationibus partium hinc inde tam iuris q̃ facti datis, ſatis conſtet, & appareat de bono iure deuotorum S. V. Orũm rectoris generalis, & Clericorum, Canonicorum, & Prelatorum congregationis Lateranen. Ita ꝙ potuiſſet, & poſſet ad expeditionem cauſæ & cauſarum, de quibus in præinſerta fit mentio ꝑ ſupradict. Reuer. Cardinales & iudices qbus S. V. uigore præinſertæ cauſam, & cauſas ſupradict. cõmiſit deueniri, tamen propter diffugia, & impedimentaquæ ꝑ partes fugientes expeditionẽ ꝓſtari ſolent, expeditio earundẽ cauſarum retardata extitit, & retardatur. Cũ autem Pater ſancte ꝓfati oratores deſiderent hoc pro pace & quiete mentis ipſorum, et ut poſſint Diuinis obſequijs magis quieto aĩo inſeruire, & famulari, ut eiſdem controuerſijs & cauſis, quãto citius fieri poteſt, debitus finis ĩponatur, et ꝓ tanto firmiter credunt, quod ſi S. V. meritorum cauſæ & cauſarum huiuſmodi relatio ꝑ ſupradict. R. D. Iudices fieret, multo citius deueniretur. Propterea præfati oratores eidem S. V. humiliter ſupplicant, ut eiſdem R. D. Card. & iudicibus qbus præinſertæ directæ, & præſentatæ fuerunt Cõmittere, & mãdare dignetur, ut cauſam, & cauſas præf. S. V. referendas & ꝑ eandem S. V. audita eorum relatione, & ꝑ ſuã ſententiã pro maiori partium ſatisfactione, & conſolatione deciden. & fine debito terminandas audiãt, & cognoſcant, & eidem S. V. referant cum poteſtate citandi, et inhibendi, ac cauſam, & cauſas prædict. & earum merita S. V. referen. alijsq; facultatibus neceſſarijs & opportunis, præmiſſis, ac conſtitutionib. & ordinationibus apoſtolicis, ſtylo palatij cæterisq; in contrarium facientibus non obſtãtibus quibuſcunq;, ſtatum & merita cauſæ, & cauſarum huiuſmodi præmiſſorumq; & aliorum hic forſan de neceſſitate exprimendorum tenores & cõpendia ꝓ plenè & ſufficienter expreſſis habentes. QVAE quidem cõmiſſio duas in eius fine habebat ſignaturas, prima talis erat. De mandato D. N. papæ præfati Reuer. D. Card. ꝓcedant, & referant, ut petitur. Altera uero talis erat. Placet. I. CVIVS QVIDEM cõmiſſionis uigore citato D. Teophilo de Florentia ex aduerſo ꝓcuratore ad uidendũ iuxta illius formã mãdari ꝓcedi, & ꝑ eundẽ D. Virgiliũ Maronis procuratorem mandari procedi iuxta illius formã obtento tandem ad eiuſdem

uenerabilis

UVA. BHSC. SC 09778_4

uenerabilis congregationis Canonicorũ regularium ordin. S. Auguſt. Lateranen. principalium inſtantiã citatis D. Teophilo de Florentia, ac D. Io. de Cellis ꝓcuratoribus Venerabilis congregationis Caſſinen. ordinis S. Benedicti corã prælibato S. D. N. Pio Papa IIII. Ad uidẽdum fieri relationẽ S. D. N. iuxta formã cõmiſſionis ultimo præſentatæ, nec non deferri iuramentum in ſupplementum plenæ probationis abſolui infraſcriptum inſtantem ad effectum &c. Ac concludendum, & audiendum ſententiã ad diem infraſcriptã. Qua quidem die aduenieñte cõparentib. corã præf. S. D. N. D. Pio Papa IIII. R. D. Dõ Raphaelle de Cremona Præpoſito Beatæ Mariæ de Pace almæ urbis, ac ꝓcuratore generali dictæ congregationis Lateranen. & Virgilio Maronio dictæ congregationis Lateranen. ꝓcuratorib. habitaq́; prius relatione præfatorum Illuſt. & R. D. Cardinalium ꝑ eundem S. D. N. D. Pium præfatus R. D. Don Raphael de Cremona Præpoſitus, ac Virgilius Maronius ꝓcuratores antedicti petierunt, & obtinuerunt ꝑ eundem S. D. N. D. Pium Papã IIII. à quibuſcunq; cenſuris ad effectum &c. abſolui, nec non deferri iuramentum in ſupplementum, necnon concludi, & pronunciari, prout in cedula tenoris ſubſequentis.

Christi nomine inuocato, pro tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis haben. per hanc noſtram diffinitiuã Sententiã, quã ferimus in his ſcriptis, in cauſa & cauſis, quæ corã nobis, & quas dilectis filijs noſtris Ioãni Michael Saraceno tit. S. Anaſtaſiæ, Ioanni Baptiſtæ Cicadæ tit. S. Clementis, ac Bernardino Scoto tit. S. Mathæi S. R. E. Cardinalibus, primo audiendas, cognoſcendas & ꝑ eos decidendas & terminandas, & deinde ꝑ præfatos Cardinales ꝑ Apoſtolica noſtra ſcripta nobis referendas cõmiſimus inter dilectos filios Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares ordinis S. Auguſt. congregationis Lateranen. & uniuerſam eorum congregationem ex una, & Prælatos, Abbates, & Monachos ordinis S. Benedicti congregationis Caſſinen. alias S. Iuſtinæ de Padua nuuncupatos, & dictã eorum congregationem de & ſuꝑ præcedentia, et iure inter eos præcedendi, tam in proceſſionibus, ꝗ̃ in generalibus & ſynodalib. ſeu prouincialibus concilijs, oĩbusq; actibus publicis & priuatis, rebusq́; alijs in actis cauſæ & cauſarum huiuſmodi latius deductis & illorum occaſione in prima, ſeu alia uerſæ fuerunt, & uertẽbantur inſtantijs partibus ex altera, cauſa huiuſmodi corã dictis Cardinalibus ad plenum uentilata, ac ſæpius, & ſæpius auditis partibus, & dubijs in ea plenè diſcuſſis, & reſolutis, ac uiſis de iure uidendis, & demum ꝑ dictos Cardinales nobis matura deſuper facta relatione, Pronuntiamus, Sententiamus, Decernimus, & Declaramus præfatos Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares dictæ congregationis Lateranen. uti Clericos dimiſſa ſuperiori ueſte, pallio, ſeu cappa in linea ueſte, Clericaliq́; habitu incedentes, quod etiã in Alma noſtra urbe Romæ conſuetum fuit, & nunc obſeruatur, in proceſſionibus, & oĩbus alijs actibus publicis & priuatis tã in dicta alma urbe

noſtra

UVA. BHSC. SC 09778_4

noſtra noſtroq; et ſucceſſorum noſtrorum cõſpectu q̃ alias uniuerſis,ac qbuſcunq; alijs ciuitatib.terris, oppidis, et locis, dict. Abbatibus, Prælatis et Monachis ordinis S. Benedicti Caſsinen. p̃cedere debuiſſe, & debere, eoſdemq; Abbates, Prelatos, & Canonicos regulares, dictãq; eorum Congregationem utſ. incedentes dictis Abbatibus Prælatis, & Monachis S. Benedicti, & eorum congregationi in oĩbus, et ſingulis p̃miſsis p̃ferendos, anteponendos, et in digniori loco collocãdos fore, & eſſe. Abbates uero dictarum congregationum Lateranen. & S. Benedicti ſingulariter, et de ꝑ ſe abſq; eorum conuentibus, in Concilijs generalib. ꝓuincialibus & ſynodalibus, ac alijs actibus publicis et priuatis, in qbus Abbates de iure, uel de conſuetudine locum et uotum habent, uel ꝓ tp̃e quomodolibet habebunt, inter ſe ſe iuxta ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem interuenientiũ priorem et antiquiorem ꝓmotionem ad Abbatiã, ac illa ꝓmotione duntaxat, nõ autem congregatione & ordine, cuius fuerint, attentis p̃cedere, ac p̃ferri, & in digniori loco collocari debuiſſe, & debere, prout p̃ferimus, anteponimus, collocamus, p̃ferriq; anteponi, & collocari reſpectiuè mandamus. Iactationes quoque, Moleſtationes, Oppoſitiones, Perturbationes, Vexationes, & Impedimenta, q̃cunq; ꝑ præfatos Abbates, Prælatos & Monachos dicti ordinis S. Benedicti, & dictã eorum congregationem eiſdem Abbatibus, Prælatis, Canonicis regularibus dicti ordinis, & eorum congregationi de & ſuper præfatis oĩbus ſingulis, et illorum occaſione quomodolibet factas præſtitas & illatas, factaq; præſtita, & illata fuiſſe, & eſſe Temerarias, Illicitas, Indebitas & Iniuſtas, Temerariaq; illicita, indebita, & iniuſta, ac de facto præſumptas, & præſumpta, illaſq;, & illa præfatis Abbatibus, Prælatis, et Monachis feciſse, et facere minimè licuiſſe, nec licere de iure. Et propterea de & ſuper illis, ac dicto iure præcedendi, ut ſupra oĩbuſq; alijs & ſingulis præmiſsis perpetuum ſilentium imponendum fore et eſſe, ac imponimus, utrãq; partem in expenſis iuſtis ex cauſis abſoluentes. Quæ quidem Sententia manu S. D. N. Pij ſic apparebat ſignata, uidelicet. Ita eſt. I. Et infra ſub Anulo piſcatoris ibi impreſſo huiuſmodi apparebant relationes, & ſubſcriptiones, uidelicet. Ita refero & cenſeo ꝓnunciandum eſſe Ioãnes Michael Cardinalis Saracenus. Ita refero et cenſeo pronunciãdum Io. Baptiſta Cardinalis S. Clementis. Ita refero et cenſeo ꝓnunciandum eſſe Bernardinus Cardinalis Tranen. Cœ. Glorierius. LECTA, lata & in ſcriptis ꝓmulgata fuit præſens & diffinitiua ſententia ſub anulo Piſcatoris ſignata ꝑ eundem S. D. N. D. Pium Papã IIII. Romæ in palatio S. M. de Araceli ĩ Camera eiusdem S. D. Papæ ſub anno à Natiuitate eiuſdem Domini Milleſimo Quingenteſimo Sexageſimo tertio, Indictione Sexta, Die uero uigeſima tertia menſis Septemb. Pontificatus p̃libati S. D. N. D. Pij Diuina ꝓuidentia Papæ Quarti Anno eius Quarto. Præſentibus ibidem Reuer. D. Alexãdro Pallãterio Alme urbis Gubernatore,

UVA. BHSC. SC 09778_4

*tore, & Illuſt. D. Comite Annibale Altemps teſtibus ad præmiſſa omnia, & ſingula uocatis, ſpecialiter habitis atq; rogatis. ℣ Ego Petrignanus Petrignanus Amerinus Archiuij Romanæ curiæ ſcriptor de præmiſſis rogatus præſens inſtrumentum ſententiæ ſubſcripſi, & publicaui in fidem et teſtimonium præmiſſorum requiſitus. ℣ Collegium Archiuij Romanæ Curiæ ſcriptorum. Vniuerſis & ſingulis præſentes noſtras literas teſtimoniales inſpecturis, lecturis, & audituris fidem facimus, & atteſtamur ſupradictum D. Petrignanum Petrignanum, q. de ſupraſcripto inſtrumento rogatus fuit, & ſubſcripſit, fuiſſe, et eſſe Notarium publicum, & fidelem, ſuiſq; ſcripturis ſic ut ſupraſcriptis, & ſignatis in Iudicio, et extra adhibitam fuiſſe, & adhiberi fidem. In quorum fidem præſentes fieri, & per notarium infraſcriptum ſubſcribi, ſigilliq; noſtri fecimus appenſione cõmuniri. Datum Romæ in Palatio apoſtolico. Die duodecimo Nouembris Milleſimi Quiugenteſimi Sexageſimi tertij. Ioãnes Franciſcus Bucca Archiuij Romanæ Curiæ ſcriptor. QVOD Quidem inſtrumentum actorum, & ſententiæ coram nobis, ut præfertur exhibitum, et præſentatum, ac per Nos uiſum et cõſideratum, Coram nobis per dictum D. Angelum ſindicum, & ꝓcurat. antedictum noĩbus quibus ſupra fact. Per Camillum de Malchiauellis notarium noſtrum curiæque Epiſcopalis prædictæ infraſcriptum exemplari mãdauimus, & trãſumi. Decernentes huic publico trãſumpto, ſiue exemplo cum dicto inſtrumento actorum, et ſñiæ autentico collationato, auſcultato & concordanti, ꝓut ſic illud in auſcultatione et collatione eiuſdem cum dicto autentico per dictum, & infraſcrip. Ser Camillum notarinm una cum Ser Marco Antonio Balzano, & Ser Neſtore de Morandis etiam dictæ Curiæ Epiſcopal. notarijs publicis ĩ præſentia noſtra fact. De uerbo ad uerbum concordari uidimus, & cognouimus, plenam & indubiam fidem per quoſcunq; & ubicunq; fuerit opportunum adhibendã eſſe, & adhiberi debere. Huiuſmodiq; Tranſumptum fidem facere, ac illi ſtari debere, perinde, ac ſi prænominatum actorum, et ſententiæ inſtrumentum appareret. Quibus oĩbus & ſingulis auctoritatem noſtram ordinariã, atq; decretum interpoſuimus. Et ad ampliorem præmiſſorum euidentiam dicti & ſupraſcripti Tranſumpti, Magnum ſolitum ſigillum impreſſum duximus apponendum omni meliori modo iure, uia, cauſa, & forma, quibus magis & melius potuimus, & debuimus, ac poſſumus, & debemus. Datum Bononiæ in Epiſcopali Palatio ſub anno a Chriſto nato Milleſimo Quingenteſimo ſexageſimo quarto. Indictione ſeptima, Die uero uigeſimo Quarto Menſis Ianuarij Tempore Pontificatus Sanctiſs. in Chriſto patris & D. D. N. Pij Diuina prouidentia Papæ IIII. Præſentibus ibidem hon. ac diſcretis uiris D. Theodoſio dudum D. Io. Anto. de Bottis Cauſidico Bononien. Nec non D. Bernardino Ramnuſio Manſionario Eccleſiæ Cathedralis Bononiæ teſtibus omnibus ad prædicta omnia adhibitis uocatis, atq; rogatis.*

UVA. BHSC. SC 09778_4

¶ Et ego Camillus de Malchiauellis dudum Cæſaris filius Bononiæ ciuis publicus, & cõmunis eiuſdem auctoritate notarius unusq; ex notarijs Curiæ Epiſcopalis Bononiæ. Quia prædicti inſtrumenti Actorum & ſnīæ præſentationi, exbibitioni, uiſioni, tranſumpti cõmiſsioni, & decreti auſcuultationi, & prnuntiationi, alijsq; oĩbus & ſingulis, ut præmittitur reſpectiue factis interfui, & de illis rogatus extiti, & Tranſumptum prædictum concordare inueni cum prædicto originali autentico, illudq; auſcultaui, cum prædictis. & infraſcrip. Ser Marco Antonio Balzano, & Ser Neſtore de Morandis etiam curiæ Epiſcopalis Bonon. notarijs, Ideo præſens publicum Tranſumpti inſtrumentum manu ꝓpria confeci, et ĩ fidem præmiſſor. hic me ſubſcripſi, ſignum nomenq; meum appoſui cõſuetum.

¶ Ego Marcus Antonius quondam Antonij de Balzanis Bonon. ciuis publicus Apoſtolica Imperiali cõmunis, ac Curiæ et Cameræ Epiſcopalis Bonon. auctoritate Notarius. Quia ſupraſcrip. actorum ſententiæ, & aliorum præinſertorum collationi & auſcultationi coram ſupradicto R. D. Vicario, cum dicto Ser Camillo, & infraſcripto Ser Neſtore factæ interfui, & per auſcultationem & collationem prædict. huiuſmodi acta & ſententiam, cum ſuo auctentico concordare inueni. Ideo hic me ſubſcripſi, & ſigno meo conſueto ſignaui in fidem, & teſtimonium præmiſſorum.

¶ Et ego Neſtor olim Egregij uiri Ser Camilli de Morandis Bonon. ciuis publicus Apoſtolica Imperiali communiſq;, ac curiæ & Cameræ Epiſcopalis Bonon. auctoritatibus notarius. Quia ſupraſcripto inſtrumento actorum, & ſententiæ collationi & auſcultationi coram ſupr. R. D. Vicario, cum dict. Ser Camillo Malchiauello, ac Ser Marco Antonio Balzano fact. interfui, & per auſcultationem & collationem prædict. huiuſmodi inſtrumentum acta, & ſnīam cum ſuo autentico concordare inueni. Ideo hic me ſubſcripſi, & ſigno meo ſcelito & conſueto ſignaui in fidem & teſtimonium præmiſſorum.

Imprimi concedimus Dec. Alber. Vic. Epiſc.

Originale extat Bononiæ penes Dñm Camillum de Malchiauellis Notarium ſupraſcrip.

Veritas omnia vincit.

Ἡ ἀλήθεια τὰ πάντα νικᾷ.

אמת מנצח הכל

Cremonæ Vincentius Conctus excudebat.

UVA. BHSC. SC 09778_4

# PROCESSVS FVLMINATVS SVPER BREVE EIVSDEM SANCTISS. D. N. PII PP. IIII.

## IN EXEQVVTIONE SENTENTIAE PRAEMISSAE.

BALDVS FERRATINVS Dei et apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Amerinus; Iudex & executor ad infraſcripta, unà cum quibusdā infraſcriptis alijs noſtris in hac parte collegis, cū illa clauſula quaten. ipſi uel duo &c. a ſede apoſtolica ſpecialiter deputatus; Vniuerſis & ſingulis Reuerendiſſimis, & Reueren. in Chriſto patribus, & dominis dominis eadem gratia Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis cæteriſq; eccleſiarum Prælatis, Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Cantoribus, Succentoribus, Cuſtodibus, Theſaurarijs, Sacriſtis, & tam Cathedralium etiam metropolitanarum, quàm collegiatarum Canonicis, Parochialiumq; eccleſiarum rectoribus, ſeu locatenentibus eorundem, Plebanis, uiceplebanis, Curatis & non curatis, Capellanis, Presbiteris, Clericis, Notarijs, & Tabellionibus publicis quibuſcunq; per quaſcunq; Ciuitates, diœceſes, oppida, terras & loca Sanctæ Romanæ eccleſiæ mediatè uel īmediatè ſubiecta, ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum, ac illi uel illis, ad quem uel ad quos præſentes noſtræ litteræ peruenerint ſalutem in domino, & noſtris huiuſmodi, Immo uerius apoſtolicis firmiter obedire mandatis, litteras ſanctiſſimi in Chriſto patris, & Domini noſtri, Domini Pij, diuina prouidentia Papæ Quarti; eius uera bulla in forma breuis ſub anulo piſcatoris more Romanæ Curiæ expeditas, ſanas ſiquidem & integras, non uiciatas, non cancellatas, neq; in aliqua ſui parte ſupectas, ſed omni prorſus uitio & ſuſpitione carentes, prout in eius prima facie apparebat, nobis pro parte Reuerendorum PP. D. D. rectoris generalis & Canonicorum regularium ordinis S. Auguſtini congregationis Lateranenſis ſuper præcedentia, inter ipſos, & monachos Sancti Benedicti ordinis Caſſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua, congregationum principalium, coram notario publico, & teſtibus præſentatas. Nos cū ea qua decuit Reuerētia noueritis recepiſſe huiuſmodi ſub tenore. PIVS Papa Quartus ad futuram rei memoriam, ſedis apoſtolicæ prouidentia circunſpecta, ne rurſus ea quæ in controuerſijs inter perſonas ec-



UVA. BHSC. SC 09778_4

cleſiaſticas præſertim altiſſimo ſub regulari profeſſione famulantes, exortis, pro tranquillo religionis ſtatu prudenter ordinauit in moleſtos contentionis anfractus relabantur, maiorem ſolet dum id res ipſa requirit, adhibere cautionem. Sanè nuper poſtquàm ſicut nobis innotuerat ab antiquis uſque temporibus, etiam ſupra centum annos retroactos, lis & cauſa, ſeu controuerſia inter dilectos filios Rectorem generalem & Canonicos regulares S. Auguſtini congregationis Lateranenſis ex una, ac Monacos S. Benedicti, ordinis Caſſinenſis, aliàs S. Iuſtinæ de Padua congregationum partibus ex altera, ſuper illorum præcedentia, ſeu iure præcedendi ſuborta, & coram dieurſis iudicibus etiam in noſtro cauſarum palatij apoſtolici auditorio uentilata, ac demum non ſine animi noſtri moleſtia in œcumenico concilio Tridentino inter earundem congregationum Abbates renouata fuerat. Nos conſiderantes lites & controuerſias huiuſmodi in eccleſia, præſertim inter religioſas, et reformatas perſonas, quæ relictis mundi uanitatibus, uotum ſuum in humilitatis ſpiritu Domino, et Deo noſtro, qui ſe pro nobis uſque adeò humiliauit, ut formam ſerui accipere, perſoluere profitentur, non modicum illi præclarè Deoq; præcipue dilectè uirtuti, quæ eſt humilitas, labẽ infundere, populoq; ſcandalum generare, ac propterea illas omni ratione ſummouendas, publicæq; religionis tranquillitati, ac miniſtrorum dei reconciliationi et mutuæ dilectioni, quàm primùm conſulendum eſſe rati. Motu proprio dictas cauſas et controuerſias ubilibet et coram quibuſuis iudicibus motas, et in quibuſuis inſtantijs indeciſè pendẽtes, ab eiſdem iudicibus ad nos auocauimus, illaſq; dilectis filijs noſtris Io. Michaeli S. Anaſtaſiæ Sarraceno, Io. Baptiſtæ S. Clementis Cicadæ, ac Bernardino Scotto nuncupatis S. Romanæ eccleſiæ præsbyteris Cardinalibus, audiendas, decidendas & cognoſcendas, per quandam motus proprij ſchedulam primò, & deinde illas per aliud noſtrum reſcriptum eiſdẽ Cardinalibus per eos audiendas tantùm, nobiſq; referendas commiſimus: qui quidem Cardinales dictis partibus, earum úe procuratoribus et adoucatis pluries auditis, dubijſq; emergentibus ad plenum diſcuſſis & reſolutis, comperto ſatis per eos ex compluribus literis apoſtolicis, diuerſiſq; alijs documentis, rationibus & probationibus, quòd ipſi Canonici fuerunt, & ſunt de illis clericis à Sancto Auguſtino quinimmo à ſanctis Apoſtolis inſtitutis, eoſdem canonicos tam ſuæ antiquæ inſtitutionis huiuſmodi, quàm etiam dignitatis clericalis, qua eos ſtatim, quòd profeſſionem regularẽ emittunt, inſignitos eſſe oportet. aliarumq; qualitatum in eis exiſtentium ratione, dictamq; illorum congregationem Lateranenſem præfatos Monachos & eorum congregationem Caſſinenſem præcedere debere cenſuerunt, & concluſerunt, ſuamq; concluſionem huiuſmodi ad audientiam noſtram iuxta ultimi noſtri reſcripti prædi-

cti

UVA. BHSC. SC 09778_4

cti tenorem retulerunt. Vnde nos illorum relatione intellecta, eaq; per nos diligenter examinata, quoniam eam in omnibus ſuis partibus ueritati & iuri conſonam comperimus, per noſtram diffinitiuam ſententiam ꝓnuntiauimus, ſentētiauimus, decreuimus, et declarauimus Abbates, Prælatos, & Canonicos regulares congregationis Lateranenſis, uti clericos, dimiſſa ſuperiori ueſte, pallio ſeu cappa, in linea ueſte clericaliq; habitu incedentes, quòd etiam in alma Vrbe conſuetum fuerat, & tunc obſeruabatur, in proceſſionibus, & omnibus alijs actibus publicis & priuatis, tam in dicta Vrbe, noſtroq; & aliorum Romanorum pontificum ꝑdeceſſorum noſtrorum conſpectu, quàm aliàs in uniuerſis et quibuſcunque alijs ciuitatibus, terris, oppidis et locis Abbates, Prælatos et Monachos ordinis Sancti Benedicti congregationis Caſsinenſis prædictos præcedere debuiſſe, et debere; ac eoſdem Abbates, Prælatos et canonicos regulares, dictamque eorum congregationem, ut præfertur incedentes, dictis Abbatibus, Prælatis et monachis Sancti Benedicti, et eorum congregationi, in omnibus et ſingulis præmiſsis præferendos, anteponendos, et in digniori loco collocādos fore, et eſſe, Abbates uerò dictarum congregationum ſingulariter et de per ſe, abſque eorum conuentibus, in cōcilijs generalibus, prouincialibus et ſynodalibus, ac alijs actibus publicis et priuatis, in quibus Abbates de iure, uel conſuetudine locum et uotum habent, uel pro tempore quoquomodolibet habebunt, inter ſe ſe iuxta ſingulorum ipſorum Abbatum ibidem interuenientium priorem et antiquiorem promotionem ad Abbatiam, ac illorum promotione duntaxat, non autem congregatione et ordinis cuius ſint attentis præcedere et præferri, et in digniori loco collocari debuiſſe et debere, prout ex tunc ꝓtulimus, anteposuimus et collocauimus, præferrique anteponi et collocari mandauimus, iactationes, quoque moleſtationes, oppreſsiones, perturbationes, uexationes et impedimenta quæcunque per Abbates, Prælatos et monachos prædictos, et eorum congregationem Caſinen. eiſdem Abbatibus, Prælatis et Canonicis regularibus congregationis Lateranen. ſuper prædictis omnibus & ſingulis, & illorum occaſione quomodolibet factas, præſtitas, & illatas, facta, præſtita & illata, fuiſſe & eſſe temerarias, illicitas indebitas & iniuſtas, temerariaque, illicita, indebita & iniuſta, ac de facto ꝓſumptas & præſumpta, illaſq; & illa Abbatibus, prælatis & Monachis congregationis Caſinen. huiuſmodi feciſſe, & facere minimè licuiſſe, neque licere de iure, & propterea de & ſuper illis, ac dicto iure præcedendi, omnibusque & ſingulis alijs præmiſsis perpetuum ſilentium imponendum fore & eſſe, & tunc impoſuimus prout in reſcripto, relatione & ſententia prædictis, plenius continetur. Ne autem de ſententiæ

A 2 a rumq e

UVA. BHSC. SC 09778_4

*aliorumquè præmiſſorum ualiditate ullo unquam tempore dubitari, ac propterea uel alio quouis prætextu rem maturè diſcuſſam & iudicatam, rurſus in controuerſiam retrabi, neúe denuo in eccleſia Dei, inter tales perſonas religioſas, contentiones exoriri, ac populo ſcandala generari contingat, tempeſtiuè prouidere, ac ſupremam huic negotio manum apponere cupientes, nec non ueriores literarum ſingulorum prædeceſſorum, ac reſcripti, proceſſus, relationis, ſententiæque prædictorum, & inde ſequutorum tenores præſentibus pro ſuffr. expresſis habentes: Motu ſimili non ad ipſorum Abbatum, Prælatorum & Canonicorum regularium congregationis Lateranen. uel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiã, ſed ex mera deliberatione, & certa ſcientia noſtra, ac de apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, ad effectum executionis dictæ ſententiæ tantùm, omnes & ſingulos proceſſus & ſententiæ prædictorum defectus etiam ſubſtantiales, ſi qui forſan in eiſdem interuenerint, harum ſerie ſupplemus, ac eandem ſententiam unà cum eius proceſſu ualidos, & efficaces eſſe; ſuosque plenarios & integros effectus ſortiri & inuiolabiliter ab omnibus obſeruari debere, nec partes ipſas ab eis ullo unquam tempore quouis prætextu quæſitouè colore reſilire poſſe, ſed ad illorum obſeruationem teneri, cenſuriſque & pœnis tam eccleſiaſticis, quàm pecuniarijs ad id cogi & compelli, neque monachos eorumúe congregationem aduerſus ſententiam, aliaúe præmiſſa, in priſtinum ſtatum quouis quæſito colore uel ingenio reſtitui, nec illa oppugnantes audiri, præſenteſque litteras de ſurreptionis uel obreptionis uitio, ſeu intentionis noſtræ aut alio quouis defectu notari, ſeu impugnari poſſe; ſicque & non aliter per quoſcunque iudices et commiſſarios etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari & definiri debere, ac quicquid ſecus à quoqunque quauis auctoritate ſcienter, uel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decernimus, præmiſſaque omnia perpetuò ſtatuimus, et quòd ita fiant et obſeruentur; uolumus, atque mandamus ſimiliter Venerabili fratri Epiſcopo Amerino, et dilectis filijs, noſtro in Alma Vrbæ et eius diſtrictu Vicario in ſpiritualibus, ac curatori cauſarum cameræ Apoſtolicæ Auditori generalibus per præſentes motu pari mandantes, quatenus ipſi, uel duo, aut unus eorum per ſe, uel alium, ſeu alios præſentes literas, & in eis contenta quæcunque, ubi et quando opus fuerit, ac quoties pro parte Rectoris generalis, & Abbatum Prælatorum, ac regularium Canonicorum Sancti Auguſtini congregationis Lateranẽſis prædictorum, uel alicuius eorum fuerint requiſiti, ſolenniter publicantes, ac illis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant auctoritate*

*noſtra*

UVA. BHSC. SC 09778_4

*noſtra illos ſuppletione, decreto, ſtatuto, uoluntate et mandato, alijsque præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos uel eorum quempiam deſuper per quoscunque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, uel inquietari; contradictores quoslibet, & rebelles per ſententias, cenſuras, & tam eccleſiaſticas & pecuniarias, etiam arbitrio ſuo moderandas, & applicandas, quàm etiam priuationis beneficiorum eccleſiaſticorum per ipſos contradictores obtentorum, pœnas aliaque iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcendo, ac legitimis ſuper his habendis ſeruatis proceſſibus illos ſententias cenſuras, & pœnas huiuſmodi incurriſſe declarando, illasq; etiam iteratis uicibus aggrauando, & interdictum eccleſiaſticum imponendo, inuocato etiam ad hoc, ſi opus ſit, auxilio brachij ſecularis, non obſtantibus præmiſſis, ac fe. re. Bonifacij PP. VIII prædeceſſoris noſtri de una, & Concilij generalis de duabus dietis, dummodo quiſpiam præſentium uigore ultra tres dietas ad iudicium non trahatur, ac alijs quibusuis conſtitutionibus & ordinibus apoſtolicis, nec non monaſteriorum & ordinum, ac congregationum prædictorum etiam iuramento, confirmatione apoſtolica, uel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis, uel conſuetudinibus, priuilegijsq;, atque indultis & literis apoſtolicis, illis eorumque ſuperioribus, ac perſonis ſub quibuſcunque tenoribus & formis, ac cum quibuſuis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, & inſolitis clauſulis irritantibusque & alijs decretis in genere uel ſpecie, etiam motu, & ſcientia ſimilibus quomodolibet conceſſis, ac etiam iteratis uicibus approbatis & innouatis, quibus omnibus illorum tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis & inſertis habentes, illis aliàs in ſuo robore permanſuris, hac uice duntaxat ſpecialiter & expreſſe derogamus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliquibus communiter, uel diuiſim ab apoſtolica ſit ſede indultum, quod interdici, ſuſpendi uel excommunicari, non poſſint, per literas apoſtolicas non facientes plenam, & expreſſam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiuſmodi mentionem. Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis manu alicuius notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in dignitate eccleſiaſtica conſtitutæ munitis, in iuditio, & extra ubilibet locorum plena, & indubia, eademque prorſus fides adhibeatur, quæ ipſis præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ uel oſtenſe. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub anulo Piſcatoris, die decima octaua Ianuarij M. D. LXIIII. Pontificatus noſtri Anno quinto.*

*POST quarum quidem literarum apoſtolicarum præſentationem, & receptionem nobis, & per nos, ut permittitur factas fuit nobis per præfatos R. P. D. Rectorem generalem & Canonicos regulares Sancti Auguſti-*

*ni*

UVA. BHSC. SC 09778_4

ni præfatos principales in præinſertis literis principaliter nominatos, debita cum inſtantia requiſitis, quatenus ad executionem dictarum literarum apoſtolicarum, & contentorum in eiſdem procedere digneremur, iuxta traditam, ſeu directam nobis a ſede apoſtolica poteſtatem & facultatem.

NOS igitur Baldus Ferratinus prædictus iudex & executor attenden. requiſitionem huiuſmodi fore iuſtam & rationi conſonam, uolentesque mandatum apoſtolicum nobis in hac parte directum reuerenter exequi, ut tenemur. Icciro auctoritate apoſtolica nobis commiſſa, & qua fungimur in hac parte, prædictas literas apoſtolicas, huncque noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta, uobis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis communiter, uel diuiſim intimamus, inſinuamus, & notificamus, ac ad ueſtram, & cuiuſlibet ueſtram notitiam deducimus, & deduci uolumus per præſentes, uosque nihilominus & ueſtrum quemlibet inſolidum eiſdem auctoritate & tenore requirimus & monemus primo, ſecundo, tertio & peremptoriæ, communiter, uel diuiſim, ac uobis & ueſtrum cuiuſlibet inſolidum in uirtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub excommunicationis maioris latæ ſententiæ & mille ducatorum auri de Camera Cameræ Apoſtolicæ applicandorum pœnis, diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus infra ſex dierum ſpatio duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies uobis omnibus & ſingulis ſupraſcriptis, pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica aſſignamus, ac eiſdem R. P. D. Rectori generali, & Canonicis regularibus ordinis Sancti Auguſtini prædictis, in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciatis eoſdem Rectorem et Canonicos regulares principales ſuppletione, decreto, ſtatuto, uoluntate & mandato, alijsque præmiſſis pacificè frui, & gaudere, non permittentes eos, uel eorum quempiam deſupp quoſcunque quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, uel inquietari, ſeu aliquis eorum perturbet, moleſtet, uel inquietet.

QVOD ſi fortè præmiſſa omnia & ſingula non adimpleueritis, ſeu diſtuleritis, contumaciter adimplere, mandatisque et monitionibus noſtris huiuſmodi, immo uerius apoſtolicis non parueritis realiter, & cum effectu, nos in uos omnes & ſingulos ſupradictos, qui culpabiles fueritis in præmiſſis, et generaliter in contradictores quoſlibet et rebelles, ac impedientes ipſos R. P. D. Rectorem & Canonicos prædictos in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, aut ipſos impedien. dantes auxilium, conſilium, uel fauorem publicè, uel occultè, directè, uel indirectè, quouis quæſito colore, uel ingenio, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, uel conditionis exſtant, ex nunc, prout ex tunc, & econtra, prædicta noſtra monitione præmiſſa excommunicationis, in capitula uerò quarumcunque eccleſiarum ac cōuentus, & col-

legia.

UVA. BHSC. SC 09778_4

legia quæcunque in his forſan deliquen. & rebellium eccleſias monaſteria, & capellas interdicti eccleſiaſtici ſententias ferimus in his ſcriptis, & etiam promulgamus. CAETERVM cùm ad executionem præmiſſorum ulterius faciendam, nequeamus quo ad præſens perſonaliter intereſſe, pluribus alijs orduis in Ro. Cu. legitimè præped ti negotijs, uniuerſis & ſingulis dominis, Abbatibus, Prior.bus, Præpoſitis, Decanis, Archidiaconis, Præsbyteris tam Cathedralium quàm collegiatarum Canonicis, Parrochialiumque eccleſiarum Rectoribus, Capellanis, Clericis, cæteriſque uiris eccleſiaſticis in quibuſcunque dignitatibus, gradibus, uel officijs conſtitutis, notarijſque, & tabellionibus publicis quibuſcunque per quaſcunque ciuitates, diœceſes, terras, oppida & loca S. R. E. mediatè uel immediatè ſubiecta, ac aliàs ubilibet conſtitutis, & eorum cuilibet inſolidum ſuper ulteriori executione dicti mandati apoſtolici, atque noſtri facien. auctoritate apoſtolica tenore præſentium plenariè committimus uices noſtras, donec eas ad nos ſpecialiter, & expreſsè duxerimus reuocandas, quos nos etiam & eorum quemlibet inſolidum eiſdem autoritate, & tenore requirimus & monemus, quatenus cum ijdem Rector generalis & Canonici regulares prædicti, uel eorum aliqui, aut eorum uel cuiuſlibet ipſorum procurator, uel procuratores prædicti, ad uos acceſſerint, ſeu acceſſerit, primo, ſecundo, tertio & peremptoriæ, communiter, uel diuiſim, ac eis & eorum cuilibet inſolidum, in uirtute ſanctæ obedientiæ, ſub excommunicationis pœna, quam in eos, & eorum quemlibet, niſi infra ſex dies poſt præſentationem, ſeu notificationem præmiſſarum literarum apoſtolicarum, ac requiſitionem eis, ſeu alteri eorum deſuper factas immediatè ſequen. quos dies eis & eorum alteri, duos pro primo, duos pro ſecundo, & reliquos duos dies pro tertio, ac monitione Canonica aſſignamus, ita tamen, quòd in his exequendis nulla habeatur dilatio, nec unus eorum alterum ſpectet, nec unus pro alio, ſeu per alium ſe excuſet, ad uos omnes & ſingulos ſupradictos, quibus huiuſmodi noſter proceſſus dirigitur, nec non perſonas & loca alia de quibus ubi quando, & quoties expediens fuerit, perſonaliter accedant, ſeu accedat, & prædictas literas apoſtolicas, & hunc noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta, uobis omnibus & ſingulis ſupradictis communiter, uel diuiſim legant, intiment, inſinuent, & fideliter publicare procurent, ac eiſdem R. P. D. Rectori & Canonicis Regularibus prædictis in præmiſſis & ſingulis in dictis literis, & præſenti noſtro proceſſu contentis, efficacis defenſionis præſidio aſſiſten. faciant, eoſdem R. D. P. DD. Rectorem generalem & Canonicos regulares, prædictos ſuper contentis in dictis literis apoſtolicis, per quoſcunque locorum ordinarios, uel alios ſupradictos.

UVA. BHSC. SC 09778_4

dictos, tacitè uel expre[illegible] quæſito, colore uel ingenio quocunque pontificali, uel alia fungen. auctoritate, in perſonas ſuper præmiſsis contra formam & tenorem præfatarum literarum, & præſentis noſtri proceſſus, moleſtari, inquietari uel perturbari audeant, uel præſumant, ſeu inquietari, moleſtari, uel perturbari faciant, inuocato etiam ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis, & generaliter omnia, alia & ſingula nobis in hac parte commiſſa, plenariè exequantur, iuxta traditam, ſeu directam per eas à ſede apoſtolica nobis formam, ita tamen, quòd dicti ſubdelegati noſtri, uel quicunque alius, nihil in præiudicium dictorum Rr. PP. DD. rectoris generalis & Canonicorum regularium principalium, in præmiſsis, uel præmiſſorum aliquo ualeant anttentare, nec in proceſsibus per nos habitis, aut ſententijs per nos latis, abſoluendo, uel ſuſpendendo aliquid immutare, in cæteris autem quæ eiſdem Rr. PP. DD. Rectori & Canonicis principalibus in præmiſsis nocêre poſsent prædictis ſubdelegatis noſtris, & quibuſcunque alijs poteſtatem omnimodam denegamus, & ſi contingat nos ſuper præmiſsis in aliquo procedere, de quo nobis poteſtatem omnimodam reſeruamus, non intendimus propterea poteſtatem noſtram huiuſmodi in aliquo reuocare, niſi de reuocatione ipſa ſpecialem & expreſſam in literis fecerimus mentionem, prædictas quoque literas Apoſtolicas huncque noſtrum proceſſum, ac omnia & ſingula in eis contenta uolumus, pœnes dictos R. PP. DD. Rectorem generalem & Canonicos regulares prædictos remanere, & non per uos, uel aliquem ueſtrum contra eorum uoluntatem quomodo libet detineri, contrarium uerò facien. prædictis noſtris ſententijs ꝓut ĩ his ſcriptis ꝑ nos latæ ſunt, p̃dicta ſex dierũ Canonica monitione p̃miſſa, ipſo facto uolumus ſubiacere. Mãdamus tamẽ copiã fieri de p̃miſſis eã petẽtibus, & habere debẽtibus, petentiũ quidẽ ſumptibus & expẽſis. In quorũ omniũ et ſingulorũ fidẽ, et teſtimoniũ p̃miſſorũ p̃ſentes literas, ſiue hoc p̃ſens publicũ proceſſus inſtrumentũ exinde fieri, & ꝑ notariũ publicũ archiuij Ro. Cu. ſcriptorẽ infraſcriptũ ſubſcribi & publicari, ſigilliq́; dicti Archiuij iuſſimus, & fecimus appoſitione cõmuniri. Datũ & actũ Romæ, in ædib. noſtræ ſolitæ habitationis, ſub anno à natiuitate D. N. Ieſu X p̃i Milleſimo Quingẽteſimo Sexageſimo Quarto indictione ſeptima, die uero uigeſimatertia menſis Februarij, põtificatus ſanctiſſimi in X p̃o patris et D. N. D. Pij diuina ꝓuidẽtia PP. IIII. anno V. p̃ſentib. ibidẽ diſcretis uiris Ioã. de Auila, & Io. Thomaſio Caraſana teſtib. ad p̃miſſa uocatis, atq; rogatis, ſubſcri. ĩ original. Ego Blaſius de Caſarrinis Archiuij Ro. Cu. ſcriptor p̃miſſis oĩbus & ſing. interfui; Ideo hoc inſtrumentũ publicũ ſignaui & ſubſcripſi rogatus in fidẽ. Cũ cordula ſericea coloris rubei, cũ bullo in cera rubea in capſa plumbea.

UVA. BHSC. SC 09778_4